



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Testimoniales requisitæ ab ijs, qui in Collegiata sunt beneficiati, vel in
Gymnasio degunt: item à Religiosis quibuscunque, n. 24.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

est, atque providendum, ut cœlestis sapientia, probi mores, & diuturna iustitiæ observatio ad id electos commendent, & aduocati in adiutorium Episcoporum cognoscant quod agunt, imitentur quod tractant, quatenus mortis Dominicæ mysterium celebrantes, mortificare membra sua à vitijs & concupiscentijs suis omnibus procurent: sitque doctrina eorum spiritualis medicina populo Dei, sit odor vitæ delectamentum Ecclesiæ Christi, ut prædicatione atque exemplo ædificent domum, id est, familiam Dei, eluceat in eis totius forma iustitiæ, ut bonam rationem dispensationis sibi creditæ reddaturi, æternæ beatitudinis præmia consequantur. *Pontificale Rom. tit. de Ordinatione Presbyteri.*

Testimoniales requisitæ ab ijs qui in Collegiata sunt beneficiati, vel in Gymnasio degunt: Item à Religiosis quibuscunque.

XXIV. Insuper quilibet maioribus insigniendus ordinibus, si sit secularis, & in Ecclesia Collegiata eive subiecta

resideat, à Decano illius Capituli, vel eo
 absente, ab ipsomet Capitulo; si in Col-
 legio, vel Gymnasio aliquo degat, ab il-
 lius Præsidente seu Regente, aliàs à proprio
 Parocho adferat testimoniales literas
 laudabilis vitæ antea actæ, doctrinæ, &
 exercitij in ordinibus susceptis, etiam
 vestium collaribus sub amictu rectis,
 piè & ritè facti; horarum Canonicarum
 recitatarum, gestationis habitus atque
 tonsuræ clericalis; quibus addi quoque
 volumus, quod nulla censura, nulla irre-
 gularitate, nulloque alio Canonico im-
 pedimento sit irretitus: Religiosus etiã
 ordinum mendicantium à suo superiore
 simile testimonium in scriptis exhibeat;
 & testimonium huiusmodi non habens,
 ne quidem ad examen admittatur. *A*

*a Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 12. 13. &
 14. Concil. Provinz. Colon. sub Hermanno 5.
 part. 1. c. 19. 22. 23. & 25. & sub Adolpho 3.
 tit. De altero medio cap. 5. pag. 432. col. 2.*

*Regulares exhibeant sui superioris testi-
 moniales de professione emissâ, eamque
 iurent spontè factam esse aut ratam.*

*XXV. Quemadmodum Clericus le-
 cularis,*